me. Mt. xvi. Simon autem vocatur est nunc autem petrus aperta per dictus est. Joh. i. Tu es symon filius Johanna tu vocaberis cephas. quod interpretatur petrus. Cephas et petrus non re sed voce diversa nomina sunt. Symon ebreum est. cephas syrum est. petrus grecum et latinum. Tria igitur nomina secundum diversos apostolos habuit petrus qui diversorum mundi apostolorum pastor erat futurus. Considerandum igitur est quod petrus trina nominis appellatione. petrus trina salvatoris negatione. petrus trina gregis commendatione. petrus trina visis ostensione nobilis est. In primo considerare possumus signum gratie specialis. In secundo periculum culpe mortalis. In tertio officium cure pastoralis. in iiii. typum penitentie salutaris.

De i. dictum est Johannis i. Tu es symon filius io. et cetera. Symon obediens. petrus agnoscens. cephas firmitas interpretatur. petrus igitur obediens fuit in preceptis. agnoscens in credendis. firmus in adversis. vel aliter. Obediens fuit deo patri. unde ipse ait. Act. i. Obedire oportet deo magis quam hominibus. Agnoscens et fuit filium. Mt. xvi. Tu es christus filius dei vivi. Firmatus fuit a spiritu sancto. Ps. Verbo domini celi firmati sunt et cetera. Rogemus igitur dominum ut eum per nos faciat obedientes. patri deo. agnoscentes filium deum. firmos spiritu sancto deo.

De ii. Luc. xxii. Dico tibi petre non cantabit gallus donec ter abneges me nosse. Ter igitur negavit sed gallo cantante amare flevit. O quot hodie sunt qui dominum multo tiens negaverunt opere sed non ore. Ty. i. Confitentur se nosse deum et cetera. Fornicationibus igitur. odiis. usuris. rapinis. periuriis. homicidiis. tradicionibus. et aliis mortalibus peccatis negatur deus. petrus autem negans amare flevit. et tu miser centies vel forte millesies negasti mortaliter peccando. et non fles cum petro. Aug. Sciat se culpabiliter durum qui defleret dampna temporis. vel mortem amici. et dolorem peccati non ostendit lacrimis. Item petrus cantante gallo flevit. et tu non semel vel bis. immo centies. immo forte centies et centies et centies. audisti gallum cantantem et heu non fles. Gallus enim predicatorem designat. Job. xxxviii. Quis dedit gallo intelligentiam. Quotiens igitur doctorem clamantem. totiens audisti gallum cantantem. O sancte petre adiuva nunc me misero gallo canente peccator fleat.

De iii. Jo. xxi. Dixit simoni petro ihesus. Simon Johannis diligis me plus hiis et cetera. Nota ibi quod petrus ter si amet requiritur. ter se amare confitetur et tertio ei dicitur. pasce agnos meos. Bernardus. pasce triplicat debemus exemplo conversationis verbo predicationis. fructu orationis. Vide quam studiose per passionem suam. oves sancti deo commendavit pastori. sed eas minime iam enim precioso sanguine. et amara morte eos emerat. Jo. x. Animam meam pono pro ovibus meis. Querit autem deus commissione omnium apostolorum ... [illegible] re si eum diligat. aperte corpus est ... [illegible] significans. quod cura pastoralis. non nisi diligenti dominum debet committi. Ter autem interrogat si diligit. Tripliciter enim diligendus est. videlicet cordis affectione. operis exhibitione. corporis expositione. et quia hec trina gratia est. ideo bene constanter dicitur petrus in tertia interrogatione. Qui igitur non amore dei sed temporalium suscipit curam animarum non est pastor. sed mercenarius. et ideo lupis et bestiis infernalibus oves sepe relinquit. unde conqueritur dominus. Eze. xxxiiii. Dispersi sunt oves mee eo quod non esset pastor. facte sunt in devorationem.